

ex Israel, scilicet si qui profugerint in Jerusalem ad alas Dei et Ezechie regis, vel in Damascum ad alas Syrorum.

Tertio, Vatablus, q. d. Cladem Assiriacam pauci effugient, scilicet ii duntaxat qui post lectum in angulo se absconderint; aut ergo, qui in lectis decumbentes sua exigitudinem movebunt Assirios, ut iis parcant, q. d. Assirii parcent solis miseria, quia deo pauperes erunt, ut bini vel terti in lecto, aut non tam in lete, quam in parte et angulo lecti requiescere cogantur.

Quarto, Septuaginta pro *in plaga lecti et Damasci grabato, vertunt, contra tributum et in Damasco, et ut iuxta tropologiam referamus tribum* (Hebreum enim *mitia lectum*; sed, si legas alio puncto *mitia matre, virginem et tribum significat*) ad *Damascum et Damascum ad vocacionem gentium, de quibus unus grecus factus est Domini: cuius sepe oves leonum ferias laniat, de quorum fauibus vis due crura, aut extremum auferunt auriculæ*, ait S. Hieronymus.

Quinto, probabiliter P. Prado in *Ezech. xxiv, 40*, hec accipit de lectulis mensibus, q. d. Qui habitant (quiescent) « in Samaria in plaga lectuli », id est, qui primos habent discubitus in lectis stratis inter convivas. Nam pro *plaga* hebreica est *in angulo lecti*, id est in capite, in loco primario. De quibus rursum dicit cap. vi, 4: « Qui dormitis (cubatis) in lectis eburneis, et lascivitis in stratis vestris. »

Ex his omnibus maxime genere videtur tertius explicatio, tunc quia vox *plaga*, vel *angulus* « *lectuli* » ea vox *grabato*, significant haec ad pauperes et agros pertinere, illi enim jacenti in grabatis et angulis; tum quia hi recte comparantur cum duabus cruribus, et extrema auricula leoni erexit; aliquo enim non constabat similitudo Prophetæ, ejusque vis et nervus, nisi his duo crura et extrema auriculae adaptæ. Sensus ergo totius hujus versiculi est hic: Sicut pastor de verceae aut vitulo a leone devorato eripit, servatque duo crura, aut extimum auricula, ab illo carnis jam satiatu, ut pote ossa et insipida neglecta, ut ea ad herum deferat, quo demonstrat vitulum non a se subducent, sed a leone laniatum: ita ex tota Samaria quasi et corpore politico, duo vel tres, id est pauci duntaxat cladi illius eripient, liquefici, ut sola crura ossa habere videantur; et ægri, qui bini vel terti in ejusdem lecti et grabati lateribus decumbent, sive in Samaria, sive in Damasco. Ita a Castro. Quocirca forte ideiro Interpres pro hebreo peccat, id est angulus, verit *plaga*, que et latus, et vulnus morbumque significat, ut innuerint eos in latere lectuli decubentia ex vulnera et morbo, q. d. Salvabuntur ii qui ex plaga vulneris et morbi decumbunt in plaga, id est in latere et angulo lectuli. Proprie *plaga*, vel *plagule* sunt commissure, sive assumptura, que tapetibus, casulis, stragulis, lectis, vestibus attexuntur vel as-

suntur; pretiose (uti sunt effigies aureæ et gemmeæ in casulis) a divilibus ornatus et splendoris ergo; ruder et viles a pauperibus necessitatis causa. Laceris enim stragulis, lectis et vestibus pauperes assunt partes, puta plagulas, ut rupturam sarciant, presertim ad angulos: ibi enim facilius ob afflictionem pariatis aliarumque rerum, franguntur. Plaga ergo lectuli est angulus lectuli pauperis, assumptu resarcit, et, ut S. Franciscus dicere solet, rappaciat. Pauperes enim lectos habent non integros, sed plagulis tum majoribus, tum minoribus consarcinatis instar centonum. Quare dormire in plaga lectuli, idem est quod dormire in centone, aut potius in assumpto et latere centonis, ita ut in altero lecti latere dormiat aliis, vel plures. Sensus ergo est, q. d. In Samarie excedio salvabuntur soll pauperes et miseris, qui in centonibus gregatim ob paupertatem dormiunt.

Et in DAMASCI GRABATO. — Sicut Samariam *lectum*, sic Damascum vocat *grabatum*: quia Israelites vexati ab Assirioribus, miseri et affliti confugient Damascum, ibique quasi cevi in lecto se quiescent, seque recreant. Damascus ergo is afflictus, fessus et ægris erat quasi lectus; ita S. Hieronymus, Rupertus, Remigius, Hugo et alii. « Ut quomodo qui fessus est refocillatur in lectulo, sic illi fractas vires vicina gentis (Damasci) auxilio roboretur », ait S. Hieronymus (1).

Perperam retentiores, ut R. David, Pagninus et alii, hebreum *בְּדָמָמֵסֶק* *dammesek*, id est Damasci, accipiunt non ut proprium, sed ut appellativum, quasi compositum ex *בְּ* *דָמֶ* et *מִסְקָה* *meseç*: meseç autem significat *tibian vel crus*. Unde vertunt, *in cruce*, id est pede vel sponda lecti; aut, ut Arias, *in lecto mobili et agitabilitate*, ut ejus agitatio.

(1) Verba *בְּדָמָמֵסֶק* *בְּ* *אֲזַבְּנָה* *אֲזַבְּנָה*, obscurantur. *Dammesek* vel pro nomine proprio, vel appellativo sumunt interpres. Qui nomine proprium esse statuant, in diversas partes absent: preferenda autem ea videtur explicatio que cum Vulgata in *Damasci grabato* verit, id est in lecto Damascenorum operis et artificii, vel in lecto Damascenorum straguli instrato. Hinc interpretationem qui dom obstat, quod Hebrei genitivos non preponere solent, nec enim dicunt, *hominis filius*, sed *filius hominis*; deinde Damascus hebreus scribitur *dammesek*, hoc autem loco scribitur *alimeseq*, ut jam denuo Petrus de Figueroa; interim tamen omnes antiqui interpres eum non nomine proprium *בְּדָמָמֵסֶק* *dammesek* accepserunt. Qui *dammesek* seu nomen appellativum capant e fontibus arabicis ita exponunt: *primo* *sericum*, peculiariter album, imprimis genis illud, quod ex roptis bombycum tellis loculibus in fila attenuatum; *secundo*, et ipsa bombyca linea in ovi formam neta; *tertio*, *pannis sericis* (*Iust. in 28; II Reg. vi, 14*), quia et linum, *II Reg. ii, 18*. Quamcumque vero assumas ex his interpretationem, sensus est: Israelites qui nihil timent, et securi ac moliter vivunt, peribunt. Usque hinc Ackermann.

Addere libet cum Maurer, hic *Damascus*.

in quo jacent, id est sericis artificios texture, qui hodieque in linguis occidentibus ab urbe Damasco denominantur (angl. et dan. *Damask*, ital. *Damasco*, gall. *Damascum*, germ. *Damast*).

tione agro somnus concilietur, ut matres agitant cunas infantium, ut hoc motu ipsi somnum concipiunt. Unde ipse exponit, q. d. Assyrii iis solis patcent, qui ex gravi longaque infirmitate decumbentes in lectulis, seipso movere, et ab una parte in aliam convertere non poterunt, sed instar puerorum moveri et converti ab aliis debeant. Perperam inquit: nam hebreo non est *meseç*, sed *dammesek*, quod non aliud quam *Damascum* significat, uti verbi in Septuaginta, Chaldeus, Noster et alii. Addit *¶* de Hebrewis non esse articulatas, nec solere praesagi nominibus.

Tropologicæ, lectus avari est mammona, lectus superbi honor, lectus galos mensa epipara, lectus luxuriosi cubilia et impudicitiae, lectus aeditorum et somnus. Nam *siue ostium veritatis in cardine suo*, ita piger in lectulo suo, » *Proverb. cap. xxi, 14*. Hi lecti variis habent angulos et stragula mollia, que quisque sibi fingit, captat et adaptat.

13. *AUDIRE*, — vos, o populi, ait S. Hieronymus, vel potius vos, o Prophete, cladem ad quam non ego, sed Deus per os meum destinat dominum Iacob, id est posterum Iacobis sive Israelis, puta deinceps tribus carnungas ares et delubra, in quibus colunt vitulos aures in Dan et Bethel. Ita Albertus, Hugo, Arias et Vatablus. Unde Septuaginta habent: *Sacerdotes, audite*. Sed recte notat S. Hieronymus: « *Puto, inquit, Septuaginta ipsum verbum posuisse, quod quidam non intelligentes, pro *בְּדָמָמֵסֶק* *äręz* lagerum tñz*, id est *sacerdotes*. Ares enim nostri Interpres et alii ad versum precedentem referunt, virtutem *lectu-* *m* *rit* sed Septuaginta huc referunt, retinenteque ut nomen proprium.

Et CONTESTANTIS, — id est contestando Deum, cumque in testem vocando predicite et predicante instans ei exiitum, nisi ab idolis et sceleribus resipiscant.

14. *Et PERGUTAM DOMUM HIEMALEM CUM DOMO ES-* *TIVA.* — Ita et Aquila, Symmachus et Theodore. Verum Septuaginta verbunt: *Domum pinnatam, eo quod ostiola habeat per fenestras, et quasi pinnas ad magnitudinem frigoris repellendam*, sit S. Hieronymus, qui hac re significari putat Israëlitas deliciosos a tantum frigore opum, ut duplices haberent domos, hiemales et astivas, quarum aliae (hiemales) versa essent ad Aquilonem, aliae (astivas) ad Austrum, ut pro varietate temporum, frigoris et caloris cœlique temporem providerent. » *Sic Jerem. xxxvi, 22*, Joakin dicitur in domo hiemali mense nono. Ita in Belgio domos astivas in villis ad delicias comparatas, ob luxum in his admissum, per bella hæc destruxit et rasit Deus.

Mysicalis idem S. Hieronymus: « *Domus*, ait, hiemalis erat regnum Israel, in qua frigus erat religionis et cultus Dei, varisque ventorum turbines et seva tempestas: et domus astiva, Iuda et Jerusalem, in qua erat templum, et offerabantur holocausta mane et vespero, et vigebat calor religiosus. »

Et PRIBENT DOMUS EBURNEA. — « *Legimus Achab regem Israel tantis fluxisse deliciis, ut dominum sibi eburnea fecerit*, » *III Reg. xxi, 39*, ait S. Hieronymus, non quod fecerit eam ex ebore solidio: unde enim tantum eboris habuisset? sed quod illam ebore incurstaret; haec enim vocatur *domus eburnea*, teste Plinio lib. *XVI*, cap. *xlii*. Vide Sanchez.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Ministrat Deus Israelitis, quod Assyrii levabant eos in contis, et reliquias eorum in ollis ferventibus. Deinde ob impura et sacrilega eorum sacrificia ait se eos percussisse sex plagiæ, scilicet fame, siccitatem, vento urente, aurigine, eruca, peste: denique pene eos subvertente sicut Sodomam, eos tamen hisce plagiæ nihil meliores effectos, nec rediisse ad se. Quocirca dira et extrema quoque illis intentat additque: Preparare in occursum Dei tui, qui creat montes, ventos, nebulas, etc. (1).

1. Audite verbum hoc, vacce pingues, quæ estis in monte Samaria: quæ calumniam facitis ogenis, et confringitis pauperes; quæ dicitis dominis vestris: Afferte, et bibemus.

2. Juravit Dominus Deus in sancto suo: quia ecce dies venient super vos, et levabit vos in

triam multifaciem et cultum sacrilegum exercenter, *Itzelitas, maximeque contra opulentos, et potentes Samaria, alternatice expositum non culpe et poscas.*

Primo, exponit, *primo*, culpm, lasciviam, et violacionem in pauperes complectentem, *et secundo*, *prænam*, imbrum et aquarum, *et tertio*, depopulatio frugum per insecta, *et quarto*, et vasistas ab hostibus illata, *et quinto*, peste, *quæ in posterum repetenda*, *ne uila ratione devideantur*, *et sexto*.

Secundo, rurum exponit ironice culpm, idola-

contis, et reliquias vestras in ollis ferventibus. 3. Et per aperturas exhibitis altera contra alteram, et projiciemini in Armon, dicit Dominus. 4. Venite ad Bethel, et impie agite: ad Galgalam, et multiplicate prævaricationem: et afferte manu victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. 5. Et sacrificare de fermeato laudem: et vocate voluntarias oblationes, et amnuntiate: sic enim voluistis, filii Israel, dicit Dominus Deus. 6. Unde et ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis urbibus vestris, et indigentiam panum in omnibus locis vestris: et non estis reversi ad me, dicit Dominus. 7. Ego quoque prohibui a vobis imbreu, cum adhuc tres meises supereressent usque ad messem: et plu super unam civitatem, et super alteram civitatem non plu: pars una compluta est, et pars super quam non plu, aruit. 8. Et veneruntur duas et tres civitates ad unam civitatem ut biberent aquam, et non sunt satiate: et non reditis ad me, dicit Dominus. 9. Percussi vos in vento urente, et in auragine, multitudinem hortorum vestrorum et vinearum vestrarum: oliveta vestra et ficeta vestra comedit eruca: et non reditis ad me, dicit Dominus. 10. Misi in vos mortem in via Agypti, percussi in gladio juvenes vestros, usque ad captivitatem equorum vestrorum: et ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in naribus vestras: et non reditis ad me, dicit Dominus. 11. Subverti vos, sicut subvertit Deus Sodoman et Gomorrah, et facti estis quasi torri rapti ab incendo: et non reditis ad me, dicit Dominus. 12. Quapropter haec faciam tibi, Israel: postquam autem haec fecero tibi, preparare in occursum Dei tui, Israel. 13. Quia ecce formans montes, et creans ventum, et annuntians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, et gradiens super excelsa terra, Dominus Deus exercituum monumen ejus.

4. AUDITE VERBUM HOC, VACCE PINGUES. — Hebraice vacce Basan. Ita Septuaginta, Theodotion, Aquila et Hebrei passim. Verum quia regio Basan, pascuis opima, pingues alebat boves et vacas, ut patet Deuter. cap. XXXII, 14; hinc recte verit Noster, « vacce pingues »; et Symmachus, boves sagittatae; ali, vacce lascivientes. Jam Theodorelus per vacas accipit mulieres Samarie lascivas, rapaces et imperiosas. « Vacas, inquit, Basanitides, mulieres vocat luxu et voluptatibus diffuentes. Ejusmodi enim erant vacce Basanitides, ob papuli copiam exsultantes. Unde fiebat ut bona tenaciorum in rem suam converterent (uti vacas depascebant prata Basan), atque viris quibus ex divina lege subditae erant, imperare non vererentur, in ordinemque eos redigi juberent: qualis fuit Jezabel, viro (Achab) tanquam mancipio utens. » Sic et Lyranus, Arias et Vatablus. Est enim vacca mulieribus ingenii, petulante et saeculatis symbolum. Unde Elianus, lib. IV, cap. xiv, scribit in Agypto vaccam, simul et Venerem religiose coli, eo quod vacca affinitatem et convenientiam cum dea habere existimat: quia et vacca Veneri in Agypto immolabatur, ait Gindulus in Synagoga; nam, ut ait Columella, lib. VI, xxv, vacce post verum pinguedinem gestientes, et papuli nimietate exhilaratae iacebunt. Insuper et vacca, quamvis plena fetu, non expliter libidinem. » Quocirca Amos hic describeret videtur familiis et domus impiorum, que sunt et sicut congregatio tam eorum in vacca popolorum, » Psalm. LXV, 31.

Melius S. Hieronymus, Rufinus, Rupertus, Albericus, Glossa, Hugo, Clarius et alii censem hanc tam, imo magis ad viros, quam ad matres Samariae spectare: vii enim quia effemina, lascivi et impudentes, vocant vacce, vel vittulae populorum, Psalm. LXVI, 31; Osee x, 11, et alii. Id palet ex sequentibus: « Ecce dies venient super vos, » scilicet viri. Hebreum enim **בְּחַמְשָׁע** chem masculinum, viros nota: vacas ergo Basan, vocat opulentos (ut Chaldeus, verit, *dedita substantiarum*), et principes Samariae, qui bona pauperum depascebantur, tunc quia gulae et ventri erant dediti, tum quia saginae et mactationes destinabantur. Audi S. Hieronymum: « Loquiur ad principes Israel, et optimates quoque decim tribum, qui delicti ac rapinis vacabant, ut audiā sermoneum Dei, et non aratores boves, sed vacas pingue de armento se esse noverint, sive que nutritantur in pasto Basan, que sunt loca herbarum fertilissima, ac per hoc significat eos non agriculturae, sed immolationi et esui preparatos (1). »

Porro, cur hi vocentur vacce Basan, tres causas adferit Rufinus. Prima, quod gloria ipsorum ignominia era terminalia; Basan enim hebreis

(1) Maurer postquam notavit istas vacas pingue et forciantes, esse animalia illis divites, luxuriosas et lascivias, de quibus dixerat Propheta cap. ii, 9, seq. et 15; addit: vacas, non turos eos dicit, et modicis et effravis coram morenotas. Ubi terminatio feminina ulti, respecti vacas; ubi masculina, eos qui vacas significantur.

confusionem et ignominiam significat. Secunda, quod vox eorum humana in vaccinenam, puta in mugium, praे dolore erat communitanda. Tertia, quia Deus eorum erat ventus, ac jugibus vacabant convivis et symposis, ideoque, ut ait Psaltes: « Prodix quasi ex adipice iniquitas eorum. » Quartam aside, quod vacas, puta vitulos aureos, quasi deos coluerint. Unde Rupertus per vacas Basan accipit sacerdos Bethel, quae visibiliter substrati vitulus quoque colabant, erant instar vacarum; invisibiliter vero suas animas tauris infernalibus, id est demonibus, prostruebant. Hi enim dicebant principibus: Date nobis victimas et oblationes, quas comedamus et bibamus; nos vicecum vos vestrae peccata expiabimus apud Deum, et excusabimus apud populum.

....Et acuta cuspidi cont.

Tropologie S. Hieronymus: Vacce Basan sunt heretici veneri et gule addicti, ut fuerit Luciferus, Calvinus, Bucerus, etc. Item divites et nobiles insolentes et rapaces, qui ex aliorum, præsertim pauperum, bonis se ditant, hisque luxuriantur.

QUE DICITIS DOMINIS (puta regibus et principibus) VESTRIS: AFFERTE, ET BIBEMUS, — q. d. Afferte spolia pauperum, ut inde volubim epulemur et compotemus; vel, ut S. Hieronymus: « Date nobis, et bibemus, id est jubeite tantum, et nos cuncta vastabimus, » id est diripiemus, inquit Chaldeus, ut licores, vel ut ebrii absorbeamus. Nam a voce: *bibemus*, ebrietatem eorum significat in vino atque luxuria, que statum mensum eventunt, » ut S. Hieronymus.

Tropologie, idem dicunt iniqui advocati et procuratores judicibus; consiliarii, scabini et praetores principibus et magistratus, aque impis. Hi enim quasi harpyie inhabitant bonis populi, in eaque involantes illa inter se distributum, atque ex eis opipara convivia et symposia instruant. Hoc scelus enormis, ut rempublicam overit, ita horrendum certamque Dei iram et vindictam provocat. Unde subdit:

2. JURAVIT DOMINUS DEUS IN SANCTO SIO. — Hebraeum **בְּכֹדֶסֶת** becosdet, id est in sanctitate sua, hoc est per sanctitatem suam: Hebreum enim *beth*, id est *m*, est nota Iurantis. Ita Chaldeus, Symmachus et passim Hebrei, g. d. Juravit Deus per semelipsum: ipse enim est summa et increata justitia et sanctitas, quam vos, o judices et principes, in terra imitari et tueri debebatis, nunc autem eamdem violasti et overisti. Quocirca haec Dei sanctitas jurat se hujus violationis, et, utita dicam, sacrilegi, acerrimum fore vindicem. Ita S. Hieronymus, Remigius, Rupertus et alii, qui insuper tres alios afferunt sensus. Primus est, juravit Deus per sanctitatem, id est per sanctum templum suum; secundus, per filium suum sanctum; tertius, per sanctos Prophetas. Unde Septuaginta vertunt: *Juravit Dominus per sanctos suos*. Verum quod initio dixi literale est et genuinum.

QUA ECCE DIES VENIENT SUPER VOS, ET LEVABUNT

VOS IN CONTIS. — Septuaginta, Syrus et Arabicus, in armis; Symmachus, in clypeis; melius Theodoreton, in hostis, q. d. Instant dies, quibus Assyrii vos, o Samaritae, contis et hostis suis confagent. Unde Tigurini vertit: *Aueris vos lanceis*. « Servat vacuarum metaphoram, ait S. Hieronymus, ut quas esse pingues dixerat vacas, earum carnes narret in contis vel sentis esse portandas. » Forte etiam aliud ad morem militum, puta ad feros sevissimos victores, qui capita cœsorum in lanceis gestant quasi in triumphum, ut faciunt Turcae. Contus enim vocatur sudes et hasta longior, vel perica oblonga natarum, quas ipsi novem protrudunt et dirigunt. Unde Virgilus, V. Eneid. :

....Et acuta cuspidi cont.

ET RELIQUIAS VESTRAS IN OLLIS FERVENTIBUS. — Arabicus, in ollis ardentiibus; Syrus, in olla venatoria; Hebrei: **בְּבִזְרֻתְּ דָגָה** besirat dagha, id est in olla piscium, quas scilicet piscaiores servant plena ferventia aqua, ut pisces recentes, quos e mari extrahunt, illico coquuntur, q. d. « Scit lebes ferventissimum minutos pisces pariter involvit, ita et vacce Basan absque ullo ordine captivitatis miseris opprimentur, » ait S. Hieronymus. Aut pressus et concinnus, g. d. Scit laniones capitum boum et vaccarum a se maceratae longis cenis et perticis ostentant, ut inde populus cognoscat quidvis vacca sit intacta, et ad eum carnes emendum acquirat; reliquias vero, puta hepatis, stomachum, intestina conjicit coquaque in ollis ferventibus: ita et milites Assyrii capitum, id est optimates Samarie a se occisos, vel capitos ostentabant, ut ex his aliae gentes conjicent quidvis quantusque fuerit Samariae populus, quantaque de illis strages et Victoria: reliquias vero, puta milites civique, qui in arcis, urbes domosque munifias, aut in cavae et speluncas confugient, in illis ipsis quas pisces in ollis ferventibus conburent. Ita Lyranus et Dionysius. « Sicut enim Jerusalem, ait S. Hieronymus, habens clausos populos et obcessos, assimilatur olla ferventib[us] et plene carnium, Ezech. xxv: 2: sicut et urbes Samarie ollis ferventibus comparantur, que fame et pestilenta clausos populos exire compellant, et ire in captivitatem. » Adit a Castro, g. d. Corpora eorum dilacerata, et in frusta concisa in ferventes ollas iniecunt, ut fecit Antiochus Epiphanes Machabeus, II. Machab. VII.

Alier Rupertus et Remigius, q. d. Assyrii Samarias confus sine ullo ordine in Assyram captivitatem quasi in ollam conjicent.

Secundo, hebreum *בְּכֹדֶסֶת* Paginus, Vatablus et Clarius exponunt, in hamis piscatoris, g. d. Sicut piscaiores hamis pisces extrahunt ex mari, ita Assyrii suis armis vos extrahent ex maria abducantque in Assyram (1).

(1) Imago a bellus domandis repetita, quarum naribus

Tertio, Chaldaeus verit: *E'eo ibunt vos in clypeis et filia vestras in scaphis*; vel navibus piscatorum, q. d. Per naves que excavantur et orbiculari instar clypearum, e Samaria avehent et ablegabunt vos in Cyprum, aliasque remotas insulas.

Quarto, R. Abraham et R. David pro *olis* vertunt *spinas*; has enim quoque significat hebreum *siroth*. Jam *spinis*, id est hamis; vel *spinis*, id est contis, et lanceis acutis instar spinarum, ut more hebreo idem dicit hemistichus posterior: quod dixit priore; vel *spinis*, id est flagellis: ex spinis enim tyranni faciebant flagella, que, quia suis auleis carnes pungebant, lacraberat et disperabant vocabantur *scorpiones*, quos Roboam tyrannus minatus est populo, dicens: «Pater meus edidit vos flagella, ego cedam vos scorpionibus», *III Reg. XII. 14.*

Quinto, Arias pro *in contis* verit, *in frigoribus*, sensimque dat, q. d. Assyrii vos, o Samarite, quasi vaccas restante lascivias transerant in regiones frigidas et algentes, ubi pro cibis non aliud habebant, quam vilas pisciculus, qui olim mancipiis dabatur in escam.

Denique Septuaginta vertunt: *Tollent vos in armis, et eos, qui vobiscum sunt, in alijs ferventes pestilentes*; *ταῦποι enim ferventes significat*; pro quo aliqui legunt, *ταῦποι*, id est *desolati*, vel desolatores; *Complutensia*, *ταῦποι*, id est mercatores. Unde sic habent: *Tollent vos in armis et eos qui vobiscum sunt in lebetes pestilentes*.

3. ET PER APERTURAS (muri Samarie, qui ab Assyris eam obsidientibus arietibus diruerat et aperiatur) *EXIBIT ALTERA CONTRA ALTERAM*; — id est una cum altera, vel una post alteram, hoc est singuli, vel simili bini et terni, vel vicissim et ordinio sinebant captivi abducti ab Assyris; ita S. Hieronymus. Unde Chaldaeus verit: *Confringent super vos muros, et educunt vos quasi mulieres, singuli ante se*. Dicit: «*Altera contra alteram*, » id est alter contra alterum; quia persistit in nomenclatura vaccarum, *qua eos vocavit vers. 1;* solent enim vaccas gregatum educere per portas, ita ut hinc, terce et quarte simul egrediantur, alias pari ordine et turma sequantur. Alter alii, q. d. *Altera, scilicet vacca, egreditur contra alteram*, scilicet aperturam muri, q. d. Quilibet egreditur per aperturam sibi oppositam, quo significat multas fore muri rupturas; sicuti de muris Iericho circumferentia corruebantur, ait *Josue*, cap. VI, 2: *Muri funditus corruunt, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint*. » Unde

hami et annuli injiciascantur, inquit *Gesenius*: cur pectori hamu monetur, intelligitur ex *Ezech. xxix, 4; Job* x, 26. Solebant enim pisces majores jam captos ex annulis, quibus ares perforarent, suspensus aqua denuim immittere. Requies forsan Rosenmuller de *hamu* proprie dicto vult cogitari, ut sensus sit: Israelitas ab hostibus ex tribus sedibus quae extrahendebant esse, ut ex aqua a pectori pisces hamu extraheretur.

AFFERTE MANE VICTIMAS VESTRAS, — q. d. Iuge sacrificium agni, quod ex lege solebat manu et

Vatablus verit: *Egredientini unquamque ante se, id est per rupturam qua primo vobis occurret*. Sic et Clarius et Arias.

ET PROVICEMINI IN ARMON, — q. d. Assyrii abducent vos in Armeniam, que adiacet *ssyria*, Ita S. Hieronymus, Chaldaeus, Symmachus, Remigius, Rupertus, Hugo et Clarius. Hebreum est *הַמְּרָכֶדֶת הַאֲרָמִית* *hakarmona*, quod *primo* Noster et alii jam dicti vertunt, » in Armon, » in Armenia. Hec enim ab Aram filio Sem, primo incola, dicta est *Aram*, vel *Harmon*; littera enim *aleph* sepe cum *he* commutatur. *Secondo*, ali. *Harmon* per diastolem dividunt. Unde Theodotion verit, » in montem (hor enim hebreum significat *montem*) *Mont*»; Aquila, Syrus et Arabicus, » in montem *Armenia*; Septuaginta, » in montem *Remnam*, vel, ut Theodoreus legit, *Armana*, q. d. Abdumcini in montes Armeniae: haec enim montosa est; unde in eius montibus primum quietit et subedit area Noe, *Gen. viii, 4*; mox a montibus dictum esse hebreum Aram, sive Armenia, q. d. Altam, excelsam censem viri docti: eo quod ceteris prouinciis omnibus excelsior et montosior sit. Vetus Editio verit, » in montem excelsum.

Tertio, recentiores, R. David, Vatablus, Arias, a Castro, Marinus et Pagninus, Harmon vel Armon accipiunt ut nomen, non proprium, sed appellatum, significans palatum, domum excelsum, aream; hebreum enim *כְּרָם*, *ram*, altum, celsum significat; unde Abram vocatus est quasi *Ab*, id est pater; *ram*, id est excelsus. Seneca est, q. d. Assyrii Samaram expugnando, obviosque trucidando, vel capiendo, reliquias vestrum stringet et cogit confundere, et coniuge se in arcis munitas, sed frustra; nam et illas expugnatibus, vosque capiet et trucidabit. Aliter Pagninus: verit enim, *Dejicitis palatum*, scilicet regis muro adherens, ut per illud manus instantis Assyrii effugias.

Tropologicie, vacas Basan, id est hereticorum, proculiuntur a domine in montes Armeniae, id est superbie; omnis enim hereticus est superbus, quia suum iudicium prafert toti Ecclesie. Hinc Remnam idem est quod visio aleijus, at S. Hieronymus, quia hereticus non omnia Ecclesie dignata carpuit; a sed partis alienius scientiam sibi promittunt, ut projeantur, eo quod scire se credunt; a sui enim ingenio et jucundi humo potilitur limare volunt fideam et Ecclesiam.

4. VENITE. — Est sarcasmus, id est hostilis irrisio, q. d. Agite, sacrilegi, vitulamini cum vitulis vestris in Bethel, cum idolis in Galgalia; satiate vos eorum victimis, ingurgitate vos vestris idolothys; at scitote vos ibidem ab Assyris machadois, quasi victimas deo ultori. Ita S. Hieronymus. Quocirca hunc sarcasmum candidi explicit Chaldaeus et Septuaginta, dum assertive et increpando vertunt: *Ingressi estis in Bethel, et impudenter agere*.

AFFERTE MANE VICTIMAS VESTRAS, — q. d. Iuge sacrificium agni, quod ex lege solebat manu et

vespera offerre Deo vero hierosolymis, nunc vitulatores illud ipsum mane offerre vitulis vestris. Ita Clarius, Arias, Vatablus et alii. Quodam et quale fuerit hoc iuge sacrificium dixi *Ezodi xxxix, 38. Secundo*, S. Hieronymus putat per *mane* significari avulsum, celebritatem et multitudinem sacrificiorum, q. d. Agite quod agitis, pergit summo mane ex ardore idololatriandi offerre victimas, ut, alii et aliis supervenientibus, ante vesperam omnia absolvere possitis, na dies clausi vos deficit, quam sacrificia et sclera vestra. Addit S. Hieronymus, *mane* notare victimas pridie immolatas, et contra legem servatas in posterum mane, q. d. Vos ex lege *Levit. vii, 15*, debatis victimas eodem die comedere quo eas immolatis; at nunc contra legem vel ex avaritia, vel ex crupula, quia scilicet tot victimas eodem die vorare non possitis, servatis multas eorum reliquias in mane sequentis diei; nam et mox taxat eos, quod contra legem fermentum offerten occurrerent.

TRIBUS DIES DECIMAS VESTRAS. — Sepluginta, tertio die, vel, ut habet codex Vaticanus, in trium decimas vestras, q. d. Vos contra legem *Levit. vii, 17*, servate victimas in tertium diem. Ita S. Hieronymus, Remigius et Hugo. Verum lex illa *Levit*, velut tantum victimas servari, non dicimus, de quibus hic agitur.

Secondo, Arias, Vatablus et Pagninus vertunt: *Afferte ad tertium diem*, id est tertio die, hoc est tertio anno decimas idolis vestris, juxta legem *Deuter. XIV, 29*. Nam dies apud hebreos sepe significat annum, ut *Gen. XXIV, 1*; «*Erat Abraham senex, dierumq[ue] (id est annorum) multorum.* » Verum illa lex *Deuter.* non jubet afferi ad tempum, sed tantum domi sue servari decimas, easque tertio anno distribui in levitas, peregrinos, pupilos et viduas, ut fecit Tobias, cap. I, 7, «*ita ut in tertio anno proesleti et advenientes ministraret omne decimationem.* »

Dico ergo proprie hic tres dies accipi. Jussus enim Deus hebreus, *Ezod. xxxi, 14 et 19*, ut tribus diebus, sive festis precipuis per annum, puta in die Paschalis, Pentecostes et festi Tabernaculorum, adirent templum sacrifici et orationis causa; et tunc partim ad iter, partim ad oblationes et epulum sacrum (quo cum levitis ex victimis suis pacificis epulatur erant coram domino, id est in templo coram arca et sancto sacerdotum in quo residebat deus) ferebant secum unam deciman, surarum frugum et opum, quem ad hoc separare jubentur. *Deuter. XIV, 22*; itaque fecit Tobias, ut patet cap. I, 6 et 7. Idem feisse israelitas in Bethel, quasi similis judaeorum, docet hic propheta, q. d. Agite ter in anno; sive tribus precipue festis afferre decimas in Bethel vitulis, quas olim afferre solebant deo in Jerusalem. Ita Rupertus, Lyranus, a Castro et ali (1).

(1) Qui קְרָב iam interpetantur annum, afferunt

5. *ET SACRIFICATE DE FERMENTATO LAUDEN*. — Laudem, » id est sacrificium laudis, ut verit Tigrina, seu gratiarum actions. Unde Aquila verit, *eucharistiam*. Hoc enim a fine vocatur hebreum תְּהִלָּה *toda*, id est confessio, laus, gratiarum actio. Est ironia et sarcasmus, irritet enim eorum sacrificia fermentata, ideoque impura; nam Judeorum erant azyma et pura, idque ex prescripto hei, *Levit. cap. II, 11*, et cap. VII, 12, et alii S. Hieronymus, Rupertus, Lyranus et Hugo. Quare imperie Greci nonnulli hunc locum citant, ut contra Latinos proberent Eucharistiam celebrandam esse in pane fermentato, non azymo. Nam Amos non laudat, sed culpat et damnat hic sacrificium fermentatum.

Nota: Nihil fermentatum inferri poterat altari; poterant tamen panes fermentati affiri tanquam donaria pro sacerdotibus, ut ipsi illis vescerentur, ut ostendit *Levit. VII, 13*. Quare minus recte Vatablus et Arias censem in sacrificio laudis potuisse offerri fermentum; hoc enim diserte veterum *Levit. II, 11*.

Mystice fermentum est symbolum corruptionis et malitiae, *I Corinth. V, 6*; unde Chaldaeus verit: *Colligit ex rapina sacrificium laudis. Quia de fermentato laudem immolat, qui deo ex rapina sacrificium parat*, ait S. Gregorius hom. 22 in *Evang.*

ET VOCATE (celebrate, proclamate, et depredare) vestras victimas, quasi liberales, spontaneas et VOLUNTARIAS OBLATIONES, — sed frustra. Nam Deus eas, uti impuras et idolatricas, abominatur. Ita S. Hieronymus, Remigius et Hugo. *Secondo*, «*vocate*», id est, ut Vatablus, in die voluntaria sacrificia et oblationes, aequo ad festa vitulorum, atque in his convocate populum, ut voluntarias oblationes iis offerat, ut fecit Aaron in fabricacione et dedicatione vituli aurei, *Ezod. xxix, 2*; «*Tollite, ait, inaures aures de uxoru, filiorumque et filiarum vestrarum auribus, et afferte ad me. Fecit populus quod jusserat, deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset, etc., fecit ex eis vitulum aureum.* » Illa homines in rebus divinis pareti et avari sunt, sed in his que spectant pompam, aut ventrem, puta in obsequio mundi et diaboli, profusi sunt, usque open libenter et liberaliter exhausti. Unde Arias verit: *Vota nuncupate*; Pagninus: *Vocate ad solemnitatem, voluntaria congregari facite.*

usum Scripturae, ex quo sepius iam pro קְרָב schenat tamim, anno dierum, id est pleno, occurrit, *Gen. XI, 4; Ezod. XII, 10; Levit. XV, 29*, etc.; porro ut Cornelius, adduct hoc loco respectum habet ad *Deut. XVI, 28*. — Qui vero iam dies sensu communi interpretantur, negant tamim, si numerus erit aditus, annos notare, atque hoc ad angustum irrisione dictum esse existimat. Cum lex, ut observat Rosenmüller, jubeat post tres annos denum afferre decimas extraordinarias, vos ut diligenteres et ardenteres in cultu idolatria vos ostendatis, non tercio quoque anno, sed tertio quoque die afferre, in iusta vestra, et eorum ministros impendentes, que lovae et ministris ejus erant exhibenda.

Nam a קִרְעָה kire, id est vocata, dicta est סַקְרִירָה, id est convocatione, et ceteris populi; inde que solemnitatis et festum. In festo enim convocabant micro, id est Ecclesiastem et ceterum populi, ad celebrandam solemnitatem, et ad offerendum victimas ac alias quaslibet oblationes.

6. UNDE ET EGO DEDI VOBIS STUPOREM DENTIUM (perparum Arabicus verit, *benedictionem*) IN CUNCTIS URIBUS VESTRIS. — Ita et Chaldeus et Septuaginta. « Stuporem dentium » intelligeat et fame; subdit enim quasi explicando: « Et indigentiam panum in omnibus locis vestris. » Nam longa fames, ut hebetat sotipote appetitum; ita pariter contrahit gingivis, itaque hebetat et stupefici dentes. Haec Ruffinus. Unde hebreum יְמֻנֵּיהַ significat vacuatum (ut dentes vacui sint a cibo) et munditiem dentium, ut vertunt Aquila, Symmachus, Theodotion, S. Hieronymus, Arias, Vatablus, Pagninus, Marinus et alii. Cum enim in fame et penuria dentes non habent quod mordent et mandant, innocentes sunt et mundi; indeque arescentibus et contrahentibus se gingivis et nervis hebetantur, constipantur et obstupescunt, sequi ac oculi deficitibus spiritibus caligant et obscupescunt; idecirco Noster et Septuaginta vertunt, « stuporem dentium ». Est metalepsis, nisi malis e-esse onomatopaeiam, ut vox *nibion* sua sono representent sonum et stridorem dentium stupendum. Sensus est, q. d. Quia vos me privatis sacrificii mili debitis, ego pariter privabo vos pane et cibo necessario ad vitam, faciamque ut dentes vestri ex fame et ex comedione frustrum immaturorum, qui acerbi sunt et positi, obstupescant. Nota, « dedi », scilicet proprio in præterito; sequitur enim Deus per Eliam et Eliseum Israelitum, ob idola et sceleram, intentavit et induxit siccitatem, indeque famem, ut patet III Reg. xv., et IV Reg. vi., 25. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, Hugo et Lyranus, licet Vatablus et Clarius prophetæ accipiunt *dedi probabo*; quasi Deus hic communiqueret famem futuram. Plenus foret sensus, si *dedi ample acciperes pro dabo, dabo et dabo*, q. d. Ob idola et sceleram vestra sepimus vobis induxi famem, et *etiamnum induco*, ac in posterum inducam, tum per me cohendendo pluvias, tum per hostes, presertim Assyrios, populantibus urbes et agros Samariorum. Verum primum sensus exposuit id quod post hanc plagam aliquaque qualiter sequentes singulis versibus subdit: « Et non reditis ad me. » Et illud versus 12: « Quapropter haec faciam tibi, Israhel; » que verba significant famem, hanc alias plagam fuisse præteritas, non futuras.

Nola quod ait: « Stuporem dentium in cunctis urbibus, » significat communem et publicam fere habe cladem et famem, ut non tam singuli, quam urbes integræ a se alienari et obstupescere videantur. Est enim stupor alienatio quedam vel mentis, vel sensuum, quod scilicet sensus constipantur. Sic ait Livius lib. V: « Privatos

deinde luctus stupefecit publicus pavor, postquam hostes adesse nuntiavit est. »

7. EGO QUOCUM PROHIBUIT A VOBS IUDREM, CUM AD-
HUC TRES MENSES SUPERERESSENT. — Extraordinaria et miraculosa fuit hec siccitas et sterilitas plaga, utpote quo un pars urbis innocens ei pluia fuerit compluta, non altera, quæ erat nocens et impia. Similiter ager heri justi fuerit complutus, cum vicinus heri injasti pluviam non senserit, idque ad hoc ut omnibus manifeste pataret hoc discrimen Dei vindictis esse opus. Quia discriminavit Deus agros Gessen, ubi erant Hebrei, ut non sentirent plagas, quas ceteris agris Ægypti affligebat Moses, Exod. viii., 22. Simile contingisse Graecis per merita et preces S. Francisci, in ejus vita, cap. viii, commemorat Bonaventura. Cum enim lupi et grandines agros vastarent, S. Franciscus dixit ad indigenas: « Ad honorem et laudem omnipotentis Dei fidjuebo vobis, quod pestilenta hec omnis abscedet, et respiciens vos Dominus multiplicabit in temporalibus bonis, si mihi credentes, misereamini vestri, ut vestra confessione, premissa, dignos faciat peccitum fructus. Iterum hoc annuntio vobis quod, si beneficis ingredi ad vomitum conversi fueritis, innoverabit plaga, duplificabit pena, majori in vos ira debeat. Ab illa tunc horæ, penitentiam ad extortationem ipsius agentibus illis, cessaverunt clades. In quo magis est, si quando vicinorum arva grande perverdaret, istorum terrarum approximantes, terminabatur ibidem, aut in partem aliam divertebat. Porro in Palestina tanus est ardor et siccitas, ut, si desi pluvia, hominibus et bestiis sit perennebit sit. » In his locis, ait S. Hieronymus, præter parvos fontes omnes cisternarum aquæ sunt; et si imbre divina ira suspenderit, mejus sit quam famis periculum est. »

Quando hec sterilitas Amos configerit ignoratur. Nam quod ali ad famem que contigit tempore Eliæ, ali ad eam que tempore Elisei, hec referunt, non satis congrue id fieri videatur: nam illa siccitas et famæ Eliæ, ut illa Elisei, fuit universalis et aquæ omnibus, sine discriminatione nocentum et innocentum; hec autem discriminabat noxiis ab innocuis. Bursum illa Eliæ fuit trium annorum, Elisei etiam diutina extitit; hec vero Amos fuit triplex duntaxat mensium, illorum scilicet, qui praebant messem. Capit ergo hec siccitas in fine aprilis, quando incipere solebat in Iudea pluvia serotina, maxime necessaria. Hec enim faciebat ut germina crescerent, et culmi evaderent in spicas, spicæque turgentes conciperent grana, et parenter tritacum quod sine hac pluvia exaruerit, et in fronde sola, sine granis et fructu desisset. Erat ergo hec pluvia serotina in aprile, messis; sicut matutina in octobre, erat seminis, scilicet ad semina sataque riganda, ut radices ferrent in terra. Ita S. Hieronymus.

Notent hic agrorum domini et coloni siccitatem

et sterilitatem agris immitti peculiari Dei providentia et vindicta. Cum ergo eam sentiunt, ad Deum per penitentiam precessque recurvant, ut faciant coloni Hispani, qui tempore siccitatis publicas processiones et diversiones agricolæ et cœliato elicant, imo quasi vi facta extorquent.

Tropologice S. Gregorius, homil. 10 in Ezech.: Dominus ait, pluit super unam civitatem partem, non super aliam, cum facit ut una pars populi predicationis verbique Dei semina recipiat, non alia. Bursum pars una ejusdem agri compulitur, non alia, cum aliqui unum vitium edomant, non aliud, v. g. gulam, sed non iram; aut patientes sunt, sed avari remanent; aut casti sunt, sed superbi, etc.

9. PERCUSSI VOS IN VENTO URENTE. — Tres hic nominat agrorum plagas, ventum urentem, aurum, et erucam germinam depascantem, quæ sequi ut siccitas, sterilitatem et famem afferunt. Ventus urens, vel uredo, est Euros aestuans, qui suo astu, omnem succum aristarum et germinum dessiccat et adurit; vel Boreas, qui suo acerimo frigore, nebula et pruina pariter segetes adurit et arefacit. Unde dicitur frigus urens. Audi Poetam:

Illegit æquoream immodi vi frigoris undam,
Et prætæ agenti mortel adusta gelu.

Quocirea Theodotion, Symmachus et Aquila vertunt ἡρακλεός, id est corruptionem a vento, vel aere corruptum; a Plinio lib. XVIII, cap. xxviii, vocatur carbunculus in vitro, eo quod illa urens quasi carboni existere videatur; in segelibus ab eodem vocatur rubigo, a rubore quem culmis indit; a Theophrasto lib. IV, dicitur aurugo, quod colorem quasi æneum segetibus afflit. Paganus et Vatablus vertunt, ariditus, ab effectu quem segel inducit. Secunda plaga est aurugo, quæ proprie vitium est, et quasi morbus regius segetum, cum scilicet cultu ex nimio humore (unde hebreus) vocatur יְמֻנֵּיהַ irakon, quasi visceris marcescunt et pallescent in medium auri vel ari, unde et aurugo ac rubigo dicitur; marcescere vero arescant et evanescent. Hinc a Theodotione vocatur ἡρακλεός, id est pallor, ab Aquila, Symmacho, et Septuaginta, τάρπεια, id est morbus regius; hic enim color est in interiori. Unde, vice versa, morbus regius vel interiorius, a Cornelio Celso et Apuleio vocatur aurugo, a colore aurum, quo marcescent segetes; quia tamen idem color, eademque corruptio et arrefactio segetum aurum ex urende est (hæc Plinius loco citato contendat ex solo frigore oriri), hinc pariter uredo interdum vocatur aurugo, aurugo

et rubigo, ut paulo ante dixi. Tertia plaga est crux, de qua dixi Joels 4, 4.

10. MISI IN VOS MORTEM IN VIA ÆGYPTI. — Quinta est hæc plaga, sed hominibus inflata, scilicet pestis, ut habent Hebrei et Chaldeus, quæ Noster vocat « mortem », quia pestis certam mortem afferit. Ade hebreum בְּנֵי־דָבֶר, id est pestis, per catachesis significare famem, gladium, et quidquid instar pestis extitare est et mortiferum.

Quares, quenam et quando contigit hæc plaga? S. Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, Hugo, Lyranus et alii putant configisse Israelitum illis qui mittebantur ad Ægyptios, ut ab iis poscerent opem contra Assyrios; Vatablus et Arias, illis qui cum milite presidiario ibant in Ægyptum, ut ibi coemerent frumenta ad levandum famem Samariae. Hos enim in itinere partim peste, partim a latronibus occisis, ac cadavera corum inseputa et putida foecorum exhalasse, qui post longam priorum moram, aliorum in eorum locum submissorum nares offendierit. Verisimilis Riberia et a Castro haec referunt ad oladem quam Joachaz rex Israel accepta rege Syrie, que tanta fuil, ut ex toto Israele exercitu non superferuerint nisi quinquaginta equites, IV Reg. xii., 7. Tunc enim partim aer corruptus et astuans, partim ex tot casorum cadaveribus orta putredo, foecorum et pestem superstitionis afflavit.

Dices: Hæc clades contigit in Samaria, non in via Ægypti. Respondeo: Verum id est; quocirea subintelligenda videtur more hebreo particula sic ut, si ergo verendum cum Chaldeo: Mis in vos pestilentiam (Arabicus: Percussi vos febris et malis insipientibus, incognitis) sic ut in via Ægypti; scilicet cum in deserto patres vestros ex Ægypto tendentes in Canaan, ob eorum murmura, peste aliquæ plagi punivi et occidi, v. g. cum miseri serpentibus ignibus, qui ardorem pestiferum morsu suo eis inferunt, Numer. xxi., 6. Ade forte hoc prælium et hanc stragam contingisse in via, quia ea Samaria tendebant in Ægyptum; sicut enim nūn strata et tria est via Romana, via Mediolanensis, via Parisina: sic tunc celebris et publica erat via Ægypti, ut patet Jerem. ii., 18; Isaiae x., 24; unde eam in tabulis chorographicis Terra sanctæ depingit Adrichomius, et alii.

Denique per hebraismum בְּנֵי־בְּדֶרֶךְ bederech, id est in via, exponi potest per בְּנֵי־בְּדֶרֶךְ bederech, id est instar via, secundum viam, hoc est secundum rationem, modum et morem Ægypti, q. d. Puniam te peste ea ratione et acerbitate, qua puniri Ægypti per Mosen; quinta enim plaga Ægypti fuit pestis adeo gravis, ut per eam occisi sint omnes equi, asini, cameli, omnia animantia que erant in tota Ægypto, ut patet Exod. ix., 3, 6. Sic bederech, id est in via, accipitur pro bederech, id est secundum viam, id est morem, Isaiae cap. x., 26: « Suscitabil, ait, super eum Dominus exercituum flagellum, juxta plagam Madian in Petra Oreb, et virginem suam super mare, et leva-

bit eam in via Aegypti, id est secundum viam Aegypti, hoc est secundum modum quo per virgam Mosis percussit Aegyptum, eique decem plaga in dixi, sicut modo percussit Semacherib et Assirios, per angulum occidens una nocte 483 milia in eorum casibus.

USQUE AD CAPITIVITATEM (Chaldaeus et Septuaginta, cum captivitate) EQUORUM VESTRORUM. — Videtur ut dixi, illudere ad tempora Joachaz, quando Israelites a Syria ita attriti sunt, ut solum eis supererent quinqueaginta equites, IV Reg. xii.

ASCENDERE FECI PETREDINEM. — Hebreum enim οὐαὶ ἡσπερία putredinem et fratreton; sed Septuaginta alias punctis legentes τὸν ἡσπέραν id est in igne, vertunt: Adduci in igne cæstra vestra. Ita Complutensis, nec Romana legit, educti.

11. SUBVERTI VOS. — Primo, per Teglahphala-sar regem Assyriorum, inquit Arias, qui cepit et eruit omnes urbes Israels, una excepta Samaria, IV Reg. xv, 29; id enim factum est sub anno 82 Oziae, sive Azaria regis Iuda, ut dicitur ibid. vers. 27. Amos autem copit prophetare anno 23 Oziae, ut dixi in Proemio; facile ergo fieri potest ut idem superest sub anno 52 Oziae, post eadem Israel a Teglahphala-sar illatam, hec proloqueretur; Prophetæ enim per plurimos annos prophetarunt, ut Isaías annos 96, Jeremias annos 45, Daniel annos 70. I.

Secundo, per Syros, qui tum alius, tum maxime tempore Joachaz, ut iam dixi, ita attriverunt Israel, ut pene eruerint eum instar Sodome, paucis dierat excedentes et reliquis. Id ita esse patet ex prophetâ Iona, qui refertur IV Reg. xiv, 26: « Vidi, eis, Dominus afflictionem Israel amara nimis, et quod consumpti essent usque ad clauso carcere et extremitate, et non esset qui

(1) Recte notat Sanctus: Hyperbolicus loquendi modus, qui a Scriptura sacra alienus non est. Neque enim ab igne conlatus coaglavit Samaria, civitates alia Israëliticas, et multi mortes effugerunt immisam a Deo, quod Sodome et Gomorrah non sunt consecuti. Est autem hec proverbius figura, qua grava aliquod infartum sive supplicium significatur; proverbia autem in omni lingua sepius sunt hyperbolica.

Attamen, juxta Rosemuller, modumadmodum in calamitatibus quatuor superioribus, quibus Israëlitas ad fragorem revocare studuit Deus, verba communis interpretationis consensu, ut sonant, sunt accipienda, ha sensus proprius et hoc loco restendus. Vix dubium mutu quo respiciatur ad magnum aliquem terrae motum, quo isto tempore nonnullæ regi Israëlitice regiones sunt vastatae. Addit Rosemuller hic forsan questionem esse de terra motu de quo diserta mentio fit cap. i, 1; quod omnium minime cogitari potest, assert Maurer. Hic enim expresso verbo valens existimat Amos dicunt bisennio ante terrae motum (ilium qui incidit in Oziae statim), Quid multa? sapientia accidit in istis regionibus terrae motus. Respicitur, ut in his que processerant, tempora superiora, inde ab initio rerum Israëliticarum usque ad illud tempus præterita, et quia in illis acceleraverunt mala omnia. Ceterum ad hunc hinc qui a vers. 6 usque ad praesentem versus decurrit locum, conferenda sunt quae leguntur Denter, cap. xxviii, 15-25; cap. xxix, 15-26.

auxiliaretur Israeli. Nec locutus est Dominus, ut deleret nomen Israel de sub celo, sed salvavit eos in manu Jerobeam filii Iosas, qui restituit fermos Israel ab introitu Emath usque ad mare Solitudinis. Quod enim haec propheta Iona ad tempora Joachaz maxime spectet, non ad alia aliorum regum, ut volunt aliqui, patet ex serie et gestis regum Israel. Nam Jehu, qui regnum Israel familiaris Achab ademit, et ad se transluxit, fuit bello potens et felix, sub eoque floruit regnum Israel. Successit ei Joachaz, sub quo a Syria attulit est, ut dixi. Joachaz successit filius Iosas, cui Eliseus per trian sagitte percussionem predicti trian victoriam contra Syros, quam re ipsa Iosas adeptus est, ut patet IV Reg. xiii, 18 et 23; sub Iosas ergo floruit pariter regnum Israel. Iosas successit filius Jerobeam, qui cepit regnum ante Oziam regem Iuda, et cum eo regnabit 14 ultimi vite sine annis, da quo predicti Iosas, quod ipse restituit collapsum statum Israel concilis diebus Joachaz, idque diserte ait Scriptura IV Reg. xii, 22: « Igitur Hazael rex Syria affixit Israel cunctis diebus Joachaz. »

Denique Albertus haec accipit propheticam de futuro, q. d. « Subverti, » id est subvertant Israel per Salmanasar; hic enim anno sexto Ezechie cepit Samariam, et regnum Israel plane overit. Sic et Rupertus, qui accipit hec de exercito Ierusalem, tum per Chaldeos, tum per Titum et Romanos. Verum patet ex dictis haec proprie pertinet ad Israel, id est ad decem tribus; posse tamen extendi ad Judam et Ierusalem non nego. Prophetæ enim qui Iudee prophetarunt direxerunt directe quoque resperxerunt Iudeam, et vice versa. Rursum hec non ad futurum, sed ad præteritum tempus spectare, patet ex eo quod subdit Amos: « Et non redistis ad me. Quapropter haec faciat Ihesus, Israel. » Quod enim Rupertus respondet, haec omnia præterita expondere esse in actu inchoato, vel destinato, hoc modo: « Percussi, misi in vos mortem, subverti, etc., hoc est, percutere, mettere in mortem, subvertire vos deinceps, et per Prophetas communiantur sum; sed tandem vos habemus non curastis, nec redistis ad me; quocumque haec faciam tibi, Israel. » Haec, inquam, expositione dura et contorta videtur in tam multis præteritis, quæ omnia actinede realis, non destinationem, vel minus significant. Quapropter S. Hieronymus, Remigius, Lyrans, Clarius, Dionysius, Rüber, a Castro et alii passim haec præterita proprie uerant accipienda.

SICUT SUBVERTIT DEUS SODOMAM. — q. d. Sic ut ego subverti Sodoman. Loquitur Deus more libico de seipso in tercia persona, honoris causa, ut faciunt Germani. Sic dicitur Genes. xix, 24: « Pluit Dominus a Domino sulphur et ignem super Sodoman, » id est pluit a seipso: flet Euodius, lib. V. Demotri. cap. xxii, censet Patrem huc loqui de Filio, q. d. Ego Pater subverti Israel, si autem Filius meus subvertit Sodoman. Sic multi ex-

ponunt illud Genes. xix: « Pluit Dominus a Deo, » q. d. Pluit Filius a Patre. Vide ibi dicta.

QUASI TORRIS. — q. d. Pene eversi et ad interpcionem consumpti esis, instar Sodome; sed Deus miseris vestri, volensque servare reliquias semini et gentis vestre, manum suam hostesque cohibuit, et paucos hac clade erupit, sicut ex incendo erupit torris aliquis ambustus et fumigans.

12. QUAPROPTER (qua scilicet sex plagiæ jam reccensitis, puta fame, siccitate, vento urente, auragine, eruca, peste, quas tibi inflixi, non resipisti, ne redisti ad me, sed sis in istis Pharaonis magis obdurateus) HEZ FACIAS TIBI, ISRAEL. — « Haec, » scilicet, quæ initio capituli communiantur sum, minimorum: « Levabunt vos in confusione, et reliquias vestras in ollis ferventibus, et projiciemini in Armon. » Ita a Castro. Verum haec minor videatur plagiæ quas jam inflixi, dicens: « Subverti vos si cut subvertiri Deus Sodoman, » etc. Hic autem gravorem plagam se influctum minatur, eo quod praderias omnes contempserint. Quocirca nervosius et efficiens alii: « Haec, » inquit, scilicet dirissima et atrocissima quæ indigne manu contemperatur, nec eloqui præ horrere possunt. Loquitur enim anthonropathus, et ad pathos per apopoeian verba minasque incidit, ut Virgilius, Ened. I:

Quos ego (scilicet acerim puniam); sed (nunc) motos prestat compaue fluctus.

Ita solent Hebrei in juramentis, maxime comminatores et execratores, ut haec formula: « Haec faciat mihi Deus, et haec mihi addat, » nec exprimunt quemlibet sibi addi vel fieri imprecantes, quasi non audeant illa nominare præ timore et detestatione, utpote mala horrenda et atrocia. Simili euphemismo, id est bona omnia, male-dictionem et blasphemiam significant voce contraria, eamque vocant benedictionem, ut Job ii, 9, et III Reg. xxi, 10.

POSTQVM AUTEM ILLIC (has atrocies plagiæ quas mente concepi) FECERO (facere et infligere cepero: significatur enim hic actus inchoatus) TIBI, PRE-PAREBIT PLAGA TIBI, ISRAEL. — q. d. Si preparare plaga tibi leves videantur, si hos commen-tarii satellites, si cum pedibus pugnare deginaris; en ego formans montes et creans ventos, etc., te invadam quasi equestris cataphractus, vires exaram, hastas talaque mea omnia in te conforquabo: obfirmo pectus, clypeum apta, oppone te mihi, mecum manus consere, ictum dextera mea decimina aut sustine, si potes. Est sarcasmus. Unde Symmachus et Aquila vertunt: Cum hoc fecero, preparare ut adverseris Deo tuo. Ita Albertus, Arias, a Castro, et Prado in Ezechiel. cap. v, 8.

Illa suo Jovi occurrit vecors C. Caligula imperator, qui iratus calo, quod turbidus suis pantomimis et spectaculis officeret, Jovem ad pugnam provocari, imo ad duellum interneccinum, illud Homerii exclamans: « Aut tolle me, aut ego te. »

Secundo, aiii, iisque plurimi contrarie haec accipiunt, quasi Deus hic Israëli eversum, ne plane desperet, consoletur invitigetur ut per penitentiam et conversionem se prepararet ad Deum (deinde clementiam et gratiam), presertim post aliquot secula nasciturum in Bethlehem: eo enim censem assurgere Amos mox propheticus. Unde in sequentibus Dei omnipotentiam et magnificenciam graphicè describit, ne ejus in carne pauperitatem et humilitatem despiciat Israel, ut fecit. Quocirca Septuaginta, Syrus et Arabicus uterque vertunt: Verumtamen quia sit faciem, preparare ut invoces Deum tuum, Israël. Et in sequentibus, pro annuntiatis homini eloquum suum, vertunt, annuntiant in homines Christum suum; et Chaldeus: Prepara, ait, ut te suscipias doctrinam legis Dei tu, Israël, q. d. Prepara te, ut Deum carnem factum, in assumpta humanitate venientes totto membris affectu expicias. Ita S. Hieronymus, Remigius, Albertus, Hugo, Vatablus et Lyranus, qui pulant hanc prophetam complandam in fine mundi: tunc enim omnis Israel converteret ad Christum, et salvis fiet, ut alii Apostolus Rom. xi. Perperam ergo Theodoretes haec referit ad Cyrum, qui Iudeos Babylone liberavit. Agitur enim hic non de Iudeis, sed de Israëlitis in Assyriam abductis, quos inde Cyrus, nec quis aliis unquam liberavit.

Prior sensus videtur literalis et genuinus: posterior, quia plurimorum, probabilis et accommodus est, ac vel ut litteralis, vel ut mysticis admittendus est, ut mox ostendam; ut sit antiphasis, q. d. Occurre et resistere Deo irato et vindicti, si vales; sed quia id non vales, occurre ei ut Salvator humilis et mansuetus, venienti in carnem ut te redimat et salvet. Aut, ut S. Hieronymus, q. d. Feci ut te corrigerem quæ præteritus sermo descripsit: et quia nolusisti reveri ad me, faciam tibi quæ meo continentur arcano. Occidiisti servos meos quos ad te miseram, mittam novissime Filium meum: tu autem iuxta consuetudinem tuam, qua semper voluntati Dei restillisti, prepara te ut contradicas et adverseris Deo tuo, iuxta illud quod scriptum est: Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectiōnem multorum, et in signum cui contradicetur. Loquitur non precepido, sed predicendo, quasi arguens et increpans, ut saltem corripetus non faciat quod predictum est. Huic sententiæ faveat vox postquam, pro qua hebreæ est ἦτη εκεῖ, id est finis, vel merces: merces enim est finis operis et operantis. Unde ex Hebreo sic veritas, in fine: vel, ut Aquila, postea; vel, ut Theodosius, novissime occurre ei. In fine enim saeculorum incarnatus est Christus, et in fine mundi eidem occurret Israël. Aut sic: Pro mercede, quæ ego te ut filium flagellavi, totque flagellum conatus sum te ad me reducere, pro hac, inquam, mea in te paterna cura, loco mercedis hoc saltē mīhi dū, ut, cum in carnem veniam, mihi occurras, mox ut tuum Messiam recipias. Unde Ecclesia in Officio Ecclesiastico hisce Amos

verbis suis exicit, ut Christo occurrant. Causam subdit Propheta, immensam ejus majestatem et potestatem: « Quia, » inquit, ecce *ipse* est formans montes, » etc. Quod tropologio exponens S. Hieronymus: « Excelsum, ait, in excelsum est Dominus, et non habitat in humilibus qui excelsus est; sed creator montium ascendit in montes, in his qui inuncipatum habent in colestibus, et in carne ambulantes non vivunt secundum carnem, sed secundum spiritum. » Septuaginta vertunt, *firmans tonitruum*, ne scilicet orbem conquasset, ut siu fragore minari videtur.

13. *CREANS VENTUM* (1). — Hebrew **רַעֲשׁוֹת** significat spiritum, animam, ventum. Unde primo Chaldeus, Septuaginta et S. Hieronymus in *Comment.* vertunt, *creans spiritum*, quod macedoniani heretici negantes divinitatem Spiritus Sancti avide arripiebant, indeque probabant Spiritum Sanctum non esse Deum, sed creaturam Dei: quos refutat S. Athanasius, epistola ad Serapionem; S. Basilus, lib. III *Contra Eunomium*; S. Hieronymus hic; et S. Ambrosius, lib. II *De Spiritu Sancto*, cap. vii; non enim agitur hic de Spiritu Sancto et coelesti, sed de spiritu sublunari et corporeo: jungitur enim nebulae, montibus, etc. Secundo, S. Hieronymus, Rupertus et Remigius vertunt, *creans animam*; vel, ut Arias, *creans spiritus et animos militares*, id est, indens militibus audaciam et virtutem bellicam. *Tertio*, Arabicus Alexanderinus verit: *Ego sum qui formavi tonitruum, et creavi spiritum*; Arabicus vero Antiochenus: *Et reduxi in homines spiritum, halitum.*

Vero optime Noster et Tertullianus, lib. *Contra Hereticos*, cap. xxxii, ac Clarius, Valabius, Pagninus, aliisque recentiores vertunt, « *creans venum*. » Resteunt venti junguntur montibus, nebulis, etc., aliisque creati sublunari, que cum homini obvias stat et admirabilis, ostendunt ei Dei creatoris potentiam et magnificentiam, presentim venti, qui, cum eorum natura sit invisibilis, et tamen sensibilis, origo incognita, motus item varius, sed status et pro loco at tempore fixus, recte demonstrant se a Deo creari, regi, mutari ad ejus voluntatem. Unde Deus dicitur insidere et inequitate ventis, *Psalm. xvii. 11*: « Ascendit super Cherubim, et volavit; volavit super pennas ventorum; » Et ventus turbinis vehebat Deum sedentem in solo cherubico, *Ezech. i. 4*. Quocirca angeli comparantur ventis, *Psalm. ciii. 4*: « Qui facis angelos tuos spiritus (subiles, celeres et fortes ut ventos);

(1) Sic neci potest hic versus cum precedenti: Noli putare, adhuc Amos, facultatem Deo denses ad effectum perdegeris; quia minus est, si non eum placere studebas emendatione vite, et sic te preparare in oculos ejus; nam creator et rex totius naturae.

Et credi creder, vel montibus plave contrarie, observat Rosenmuller, qui cum sit temeritatem et rara substantiam ad levissimum, multo tamen et incomparabilis potest ad efficaciam, ut robustissima queque et aliqui firmissima depicta et praestata.

et ministros tuos, ignem urentem. » Hinc et Deus dicitur ventos educere de thesauris suis, *Ierem. 5. 42*, ac profinde ex iis Job, cap. xxvii, 23, ostendit Dei potentiam: « Qui, inquit, fecit ventis pondus, et aquas appendi in mensura, » Hinc et Sane*li* invitant ventos, ut opus magnificum Dei, ad laudandum Creatorem suum tam potenter, ut *Psalm. cxlviii. 8*: « Laudate Dominum de caelis, etc. Igitur, grande, nix, glacies, spiritus cellularum: quia faciunt verbum ejus. » Nam, ut ait Seneca lib. V *Natur. Quæst.* cap. xviii, « inter casu Providentia opera, hoo quoque aliquis ut dignum admiratione susperxit. Non enim ex una causa ventos aut inventi, aut per diversa dispossuit. Primum, ut aera non sincere pugnaret, sed assida vexatione utilem redderent, vitalenque terris. Deinde ut imberes terris subministrarent, idemque nimios compescerent. Nam modus adducunt nubes, modo deducunt, ut per totum orbem pluviae dividì possint. In Italiano austri impellit, aquilo in Africam rejet; clesie non patientur apud nos nubes consistere: tamen totang Indiani et *Ethiopiam* continuo per id tempus aquis irrigant. » Et Plinius, lib. II, cap. xlvii: « Omnes venti vicibus suis spirant major ex parte, aut ut contrarius desinenti incepit, etc. Sol et aget et comprimit flatus, angust exorients occidentaque, comprimit meridianus aestivis temporibus. Itaque medio diei aut noctis ploruntque sopiantur, quia aut nimio frigore aut aestu solvantur, » etc.

ANNUNTIANI HOMINI ELOQUUM SUUM. — Hebrew **רְאֵת** ma sicio, id est quemam sit meditatio, cogitation, consilium, eloquium, opus suum; **רְאֵת** saich enim significat meditationem, et rem meditationem, gravem et seriam, quam ore proloquimur et opere perficiemus: ita vertunt Aquila, Symmachus, Theodoreton, Chaldeus et passim Hebrei. Soli Septuaginta, verbi similitudine et ambiguitate decepti, ait S. Hieronymus, nimirum pro **רְאֵת** ma sicio, legentes **מִשְׁפָּחָה** mespicio, id est Messiam vel Christum ejus, vertierunt: *Annuntians in homine Christianum suum*; per quem licet Theodotion accipiat Cyrus, omnes tamen alii accipiunt Christum Dominum. Ila S. Athanasius, lib. *De Fide viri. et Trinit.*; Didymus, lib. II *De Spiritu Sancto*; Tertullianus, loco citato; S. Basilus, lib. IV *Contra Eunomium*; S. Ambrosius, lib. II *De Spiritu Sancto*, cap. vii; S. Augustinus, lib. XVIII *De Civit. n. etimo Concilium Sardicense apud Socratem*, lib. II, cap. xx. Quare non est credibile Septuaginta hic esse deceptos, sed consilio illa vertisse; vel quia in Codicibus Hebreis tunc erat duplex lectio, una mespicio, altera ma sicio; vel quia per ma sicio intellexerunt significari mespicio. Messias enim sive Christus est Patris meditatio, conceptio, dictio, eloquium et opus summum, innumerum, in creatum ac divinum.

Est hic ergo duplex verso, est et duplex sensus; sed prior posteriori subordinatus. Prior:

• Annuntians homini eloquum suum, * q. d.

Deus per Prophetas annuntiat hominibus sua consilia, decreta et eloqua. Ita S. Hieronymus, Remigius, Rupertus, Hugo et Lyranus, Quocirca Syrus verit: *Ostendens hominibus quid sit gloria laus sua*; et Arabicus: *Mittens laudantem (præcipientem) in hominibus*. Quis enim Dei consilia et gloriam agnitus non laudet?

Possit quoque veri, ait S. Hieronymus: *Anuntians homini eloquum ejus* (qua Hebrei idem habent pronomen reciprocum et absolutum. Nam per eum *cholet* significant tam *ejus quam suum*), q. d. Deus novit secretas homini cogitationes, quid scilicet animo meditetur et destinet, immo illas ipsi, si bona sint vel indifferentes, ingredit et suggester, easque ipsi per internam inspirationem, vel alius per Prophetas enuntiare et eloqui potest. Ita Arias et Vatabus.

Posterior est: « Annuntians homini eloquum suum, » puta Christum, qui est unicus Patri conceptus, unicum verbum, quo omnia dicit, creat, mandat et gubernat: hoc enim Dei verbum et eloquium extera omnia complectitur. Simile est *Deuter. cap. xviii. 18*, ubi Moses Prophetam, id est Prophetas, alias post se a Deo dandos promittit; sed inter eos unum eximium et principem, qui antonomasticus vocetur Propheta, puta Christus. *Sensus ergo est*, q. d. Deus Patri annuntiat per nos Prophetas, se ad homines missurum in carnem Verbum suum, ut hominibus ejus voluntatem, legem, salutem, gratiam et gloriam revealat, eamque illis reipsa conferat et imperiat. Quocirca vos, o Israelite, huic Messiae vestro venienti occurrere, in eum creditre, sperare, illum anima, coelte, sectantini; ipsi obedit: ita ipse vos ab ira Dei, a peccato, a morte, a gehennam, ab omni hoste liberabit. Ipse vos Dei amicos, filios et heredes, ac beatos in eternum efficit. Solent enim Prophetæ omnium captivitatum et miserationum finem et liberatorem statuere Christum. Unde cum multis clades multaque tristia predixerunt, omnia haec mitigant et dulcorant promittendo Christum: Christus enim est finis et scopus legis et Prophetarum. Confirmatur, quia pro *eloquium suum* Aquila verit, *vix lxxviii. 10*; Symmachus, *v. 10*; *ap. 10*; Theodoreton *v. 10*; id est sermonem et verbum ejus. Atque ex hoc loco et similibus videtur S. Joannes sumpsisse nomen *λόγος*, quo jugiter vocat Christum, dicens: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et deus erat Verbum. » Ubi pro *Verbum*, gracie est *λόγος*; non quod vocem *λόγος*. S. Joannes accepit a Theodoreton, qui dubios scilicet S. Joannes fuit posterior: sed quod Hebreum **רְאֵת** saich idem sit quod *λόγος*, ideoque Theodotion verit *λόγος*. Denique Theophanes Nicenius in *Symbolo novi et veteris Testamenti*, quem dicit Taurianus, lib. II *De Hierarchie ordinibus*, cap. i, ex versione Septuaginta censem hoc esse prophetam de Transfiguratione Christi. Ecce, inquit Amos, *firmans tonitru* (id est *creans* nu-

bem, ex cuius collus erumpit tonitru) et *creans spiritum, sive ventum*, ex cuius verberatione, cum intentione significandi, existit vox de qua subdit: *Et annuntians hominibus Christum suum, scilicet cum vox Patris de nube intonuit*: « *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui; ipsum audire*, » *Matth. xvii. 5*.

FACIES MATHINAM NEBLAM. — Ita proprie sonans Hebreia, que tamen alii varie vertunt. *Primo*, Septuaginta addentes et, vertunt: *Faciens mane et nebulam*; *secondo*, Pagiinus: *Qui facit auroram et tenebras*, id est diem et noctem, lata et tristia; *tertio*, Tigurina: *Qui auroram facit caligine*; *quarto*, Clarius: *Qui facit auroram ex caligine*, id est ex tenebris noctis, ut scilicet nocti succedat aurora et dies; *quinto*, alii ex adverso: *Qui facit ex aurora caliginem*, id est diem mutant in noctem, prospera in adversa; *sexto*, Arabeum verit: *Creati abyssum primo, et ascendit super altitudinem terræ, et mittens laudantem (præcientem) in horizontem*; *septimo*, mystice Chaldeus: *Qui preparat lumen justis quasi lumen aurora, et preparat tenebras impensis*. Porro matutina nebula ostendit magnam Dei potentiam et sapientiam. *Primo*, quia haec nebula post noctes serenas subito in aurora producit per solem orientem, qui vapores et exhalationes e terra educens et elevans, illis quasi nebula legit aerem. *Secondo*, quia mane nebula maxima est et latissima, velat, vestit et ornat totum horizonem instar tapetis. *Tertio*, quia haec nebula cingit et fasciat solis orientem, ut infans dum oritur et nascitur, fasciatur hancolis. Sic enim de prima nebula, primisque tenebris recens creatum mundum et mare involventibus, loquitur Job, cap. xxxviii. 9: « Cum ponemur nubem vestimentum ejus, et caligine undi quasi pannis infantie obvolveremus. » Ubi auctor *Catena*: « Sicut, inquit, infanti pannus perquam commodi, sic etiam mari nubes ad nebula. » *Quarto*, quia haec nebula Deum, quasi cum sole mane orientem, velat, ut homines cum inferni nequeant: sed eum ut invisibilis suspiciunt et reverentur. Sic Virgilius, lib. I *Eneid*, ait de *Aenea* et Achate heroibus:

At Venus obscuris gradientes aere sepit,
Et molle nebula circum Deum fudit amicta.

Quinto, quia haec nebula est roseida et fecunda. Producit enim manna et rorem, quo herbo et sata irrorant et impinguantur. Insuper, calorem et hollitatem vitalem terre et terrestribus omnibus affert. Hinc experimus a nebulas nec astate, nec maximo frigore existerere: rores neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nisi serena nocte, » ait Plinius lib. II, cap. lx. Quocirca ex nebula Dei magnificientia celebrat Jeremias, cap. x. 13: « Elevat, ait, nebulas ab extremis terræ. » *Psalm. cxlvii. 16*: « Qui dat nivem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. » *Ecccl. xxiv. 6*: « Ego (Sapientia) sicut nebula texi omnem ter-

ram. » Et cap. XLII, 15 : Aperti sunt thesauri, et evolaverunt nebulae sicut aves. » Et cap. L, 6, de Simeone pontifice dicitur : « Quasi stella matutina in medio nebulae. »

GRADENS SUPER EXCELSA TERRE, — puta super montes altissimos, et petras rupesque hominibus invias et inaccessas, q. d. Deus omnia terrena, quantumvis celsa et inaccessa, majestate sua pervadit et transcendit, suaque providentia continet et gubernat, ita ut ventos et turbines ciere, nebulas hostibus suis superbis et impensis offundere, montes transferre, et in valles dejicere possit, q. d. Deus est qui montes, ventos, fulgura, tonifirma, omnesque res sublunares, quae ac celestes producit, temperat, regit. Unde omnes creature sunt exercitus Dei, qui illi ad nutum obedient, semperque ei prasto sunt, ut ad ejus nutum ferantur, ejusque inimicos et impios invadant et sternant. Ita S. Hieronymus, Albertus, Clarius et alii. Audi S. Hieronymus : « Preparate, inquit, in occurrence Dei tui, ut venientem ad te Dominum tota aviditate suscipias. Iste est qui firmat tonitrum, sive montes confirmat : ad cuius vocem colorum cardines, et terra fundamenta quantur. Iste est qui creat spiritum. » Quocirca Timaeus Pythagoricus Deum vocat « mundum exemplarum ». Sicut enim mundus seu complexus omnia cingit et stringit, sic et Deus. Ipse enim est maxima universalis natura, ubique praesens, omnia videnti audiensque, cuncta continens, nullius vero ambitu contenta. Ipsa est mundus increatus sapientiae, sanctitatis, intelligentie, vite, rationum, formarum, causa, fons, creator et rexator omnium. Quocirca Aegypti, ait Eusebius, lib. III *De Prepar. Evangel.* cap. II, Deum, quem ipsi Enaph vocant, pingunt humana forma, color ceruleo, zonam tenentem et sceptrum, ac pennam gerentem in capite, ovum insuper ab ore producentem. Testa enim ovi, celi omnia cingentes imaginem exhibet : vitellus, ignis : spiritus qui sunt in ovo, aeris : albumen, aqua : terra porro symbolum sunt partes magis concretae. Addit Eusebius aliud Dei hieroglyphi-

cum. Illud est, homo complicatos habens pedes, vestem talarem, eamque auream, pilam capite sustinens, quo mundi forma, immobilis constituto, rotunditas, et stellarum varietas significatur, eaque omnia regi a Deo sustentarique, et in Dei cognitionem mentes hominum perdicere. Nam ex ventis, nebulis, montibus aliisque creatis Deus agnoscerit, quasi ex ungus leo, quasi ex linea Apelles, quasi ex voce choralius, quasi ex carmine poeta. Unde S. Augustinus, epist. 28, docet mundum hunc esse Dei carmen et canticum. « Si homo, inquit, carminis artifex novit quas quibus moras vocibus tribuat, ut illud quod canitur succedentibus ac decedentibus sonis, pulcherrime currat ac transeat : quanto magis Deus, nulla in naturis nascentibus et occidentibus temporum spatia, quae tantum syllabe ac verba ad particulas hujus seculi pertinent, in hoc labium rerum quasi mirabilis cantio, vel brevis, vel productius quam modulatio praecognita et praefinita depositi, preterire permittit? » Insuper S. Dionysius, *Celest. Hierarch.* cap. XV, docet Deum designari per ventum, propter naturalem vim movendi atque animandi, et celarem insuperabilemque discessum, ac nobilium principiorum et finium incognitas et invisibles laterbras. Pari modo, Eusebius, loco citato, docet Aegyptios, ut Dei prouidentiam significant, pinxit sole radiis circumfusum in navi, quae adverso flumine rapiebat remis velisque incinctata, ac deportabatur a substernente se crocodilo. Sic enim Deus quasi gubernator regit hanc mundi navem, omnipotens in eo animalia et inanima, quantumvis fera, horrenda et vasta, edomat ac regit. Rursum Deus princeps temporum est quasi sol, qui ut ait Lucanus lib. XII :

Tempora dividit avi,
Mutat nocte diem, radisque potentibus astra
Ire vetat, cursusque vagos statione mortat.

Denique S. Paulinus, *Natali 9 S. Felicis* :

Est natura opifex Deus omnis et artis, in omni
Fons opere, et finis, faciens bona, factaque servans.

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Prædict et plangit Samaria vastitatem extremam et eternam, infigendam a Deo terribili, qui facit Arcturum et Orionem, ac subridet vastitudinem super robustum, ob ejus sclera, præsentim ob rupinas et opresiones páperum. Deinde, vers. 14, hortatur eam ad penitentiam. Nam, vers. 21, asserit se ejus victimas et ceremonias exteriores non curare, immo detestari (1).

Audite verbum istud, quod ego levo super vos planetum : Domus Israel ecclidit, et non adjicet ut resurgat. 2. Virgo Israel projecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. 3. Quia haec dicit Dominus Deus : Urbs de qua egrediebantur mille, relinquenter in ea centum : et de qua egrediebantur centum, relinquenter in ea decem in domo Israel. 4. Quia haec dicit Dominus domui Israel : Querite me, et vivetis. 5. Et nolite querere Bethel, et in Galgal nolite intrare, et in Bersabee non transibitis : quia Galgala captiva duetur, et Bethel erit inutilis. 6. Querite Dominum, et vivite : ne forte comburatur ut ignis domus Joseph, et devorabit, et non erit qui extinguit Bethel. 7. Qui convertitis in absinthium judicium, et justitiam in terra relinquitis. 8. Facientes Arcturum et Orionem, et convertement in mare tenebras, et diem in noctem mutantem : qui vocat aquas maris, et effundit eas super faciem terra : Dominus nonne est ejus. 9. Qui subridet vastitudinem super robustum, et depopulationem super potentem affert. 10. Odio habuerunt corripientes in porta, et loquentes perfecte abominati sunt. 11. Idecirco pro eo quod diripiebatur pauperem, et predam electam tollebatis ab eo : domos quadre lapide adificabitis, et non habitabitis in eis : vineas plantabitis amantissimas, et non bibitis vinum earum. 12. Quia cognovi multa sclera vestra, et fortia peccata vestra : hostes justi accipientes manus, et pauperes deprimentes in porta. 13. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. 14. Quartite bonum, et non malum, ut vivatis : et erit Dominus Deus exercitum vobis, sicut dixisti. 15. Odite malum, et diligite bonum, et constituite in porta judicium : si forte misericordia Dominus Deus exercitum reliquis Joseph. 16. Propterea haec dicit Dominus Deus exercitum dominator : in omnibus plateis planetus ; et in cunctis, qua foris sunt, dicetur : Vae, we! et vocabunt agricolam ad luctum, et ad planetum eos qui sciunt plangere. 17. Et in omnibus vineis erit planetus : quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus. 18. Vae desiderantibus diem Domini! ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebra, et non lux. 19. Quomodo si fugiat vir a facie leonis, et occurrit ei ursus, et ingrediatur domum, et innitatur manus sua super parietem, et mordeat eum coluber. 20. Numquid non tenebre dies Domini, et non lux : et caligo, et non splendor in ea? 21. Odi et projici festivitates vestras : et non capiam odorem cætum vestrorum. 22. Quod si obtuleritis mihi holocausta, et munera vestra non suscipiam : et vota pinguium vestrorum non respiciam. 23. Aufer a me tumultum carminum tuorum : et cantica lyrae tue non audiam. 24. Et revelabitur tibi aqua iudicium, et justitia quasi torrens fortis. 25. Numquid hostias et sacrificium obtulisti mihi in deserto quadriginta annis, domus Israel? 26. Et portasti tabernaculum Moloch vestro, et imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei vestri, que fecistis vobis. 27. Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercitum nomen ejus.

(1) Sermo iste tertius continet admixtas adhortationes et exhortationes predicationes. Israeli excidium, 1, 2; secundo, paucitatem reliquarum Lazarum, 3. Primo, predicti summarie Propheta, primo, ultimum Secundo, hortatur ad respicientiam, si quo modo etiam